



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Conradi Oligenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus  
Imperialibus**

**Corradini, Pietro Marcellino**

**Friburgi Brisgoiae, 1707**

LI. Indultum Ferdinando II. à Paulo V. concessum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)



108 De primariis Precibus Imperialibus  
confirmatione, ac predictis, & quibus-  
cumque aliis quandocumque editis, &  
edendis constitutionibus, & regulis no-  
stris, & dictæ Cancellariæ, ad quarum so-  
lemnitatem, adstrictionem, formam, vel sa-  
tisfactionem, seu observantiam, habentes  
Preces, seu nominationes hujusmodi mini-  
mè teneantur, nec ipsæ Preces sub illis com-  
prehendantur quoquo modo, necnon quibus-  
vis privilegiis, indultis, & literis Aposto-  
licis, & quibusvis gratiis expectativis spe-  
cialibus, vel generalibus, etiam mentali-  
bus reservationibus, unionibus, annexio-  
nibus, & incorporationibus, suppressionibus,  
& extinctionibus perpetuis, & temporalibus  
nominationibus &c. Datum Romæ apud  
sanctum Petrum anno Incarnationis Domi-  
nicæ millesimo sexcentesimo duodecimo ka-  
lend. Martii, Pontificatus nostri anno  
octavo.

L I.  
Indultum  
Ferdinando  
II. à Paulo  
V. concessum.

Matthiæ successit Ferdinandus II., cu-  
jus indultum primariarum Precum à Pau-  
lo V. impetratum non refero, cum illud  
ediderit, & scholiis illustraverit Joannes  
Chockier post Commentaria in regulas  
Cancellariæ. Ferdinandi II. successor, Fer-  
dinandus III. apud Urbanum VIII. anno  
1638. statim ac in Romanorum Regem  
assumptus fuit, & à Papa confirmatus,  
institit pro indulto primariarum Precum,



illudque obtinuit, quemadmodum sequentes literæ Apostolicæ in hunc modum exaratae probant:

Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Charissimo in Christo filio Ferdinando Romanorum Regi illustri in Imperatorem electo salutem &c. Cùm post factam de persona tua per sacri Romani Imperii Principes Electores de consensu clar. mem. Ferdinandi II. Romanorum Regis in Imperatorem electi Patris tui tunc in humanis agentis, in Regem Romanorum electionem, ac per nos pro universæ Christianæ Reipublicæ salute confirmatam nuper Nobis significaveris, Te summopere desiderare personas tibi gratas, & acceptas gratia, & munificentia, aliqua Beneficia Ecclesiastica consequi posse; Nos quemadmodum magnis merentur efferri laudibus, insignibusque præconiis commendari, & sublimium Principum desideria, & vota, quæ in Divini nominis, & personarum illi Clericali vinculo adstrictarum amore feruntur, & opere postmodum consequentium deducantur in actum; ita etiam dignum, vel potius debitum existimamus, ut quoniam in fidei sinceritate, & devotione illibata Ecclesiæ Sponsæ nostræ te fidelem Advocatum devovisti, eamque humili professione Matrem & Dominam tuam

LII.

Indultum  
Urbani VIII.  
Ferdinando  
III.

LII  
Indultum  
Ferdinando  
III. a Paulo  
V. concessum